GUILELMUS PERALDUS. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS

Salzburg (?), 2. Drittel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8182
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Homo ꝗ cui deus loquitur
non curat perfectionem de loque
la exteriori. Gregorius. Non suf
ficit hominem multum ad
utraque diuisum. quia si ex
terius auditum aperit.
interius surdescit. Pre
parat hominem colloquio
diuino. Tren. iii. Bonum
est prestolari cum silencio
salutare dei. Filius dei uer
bum est. ideo auditum. et
ascultacionem requirit. Eccli.
Ubi non est auditus. non effun
das sermonem. v. v. Reg. i. Loquere
domine. quia audit seruus
tuus. Silencium seruare est
os unde exit ignis et fla
ma obstruere. et bestiam
indomabilem clausam
retinere. Jac. iiii. Linguam
nemo hominum domare potest. uel
gladium penetrantissimum
in uagina tenere. ps.
Lingua eorum gladius acutus. uel
foueam obstruere. per quam
homo sepe cecidit. et collum
cadendo sibi fregit. Eccli.
xiiii. Beatus uir qui non est
lapsus uerbo ex ore suo.
Item silencium est frenum uiri
claustralis. sine silencio est ut
quasi equus sine ¶ Est
etiam clauis religionis
uel claustrum absque silencio
ypocrite claustrum non est. sed est uelut
urbs patens et absque mu

rorum ambitu. prouerbiorum xxv. Si
cut urbs patens et absque
murorum ambitu. ita est ¶
Claustrum sine silencio est
sicut vinea sine sepe. que
direpcioni exposita est. Eccli.
xxxvi. Ubi non est sepes
diripitur possessio. Eccle.
x. Qui dissipat sepem. mor
debit eum coluber. or. xxi. Reg. de
sepe ista. Homo erat pater fa
milias qui plantauit
vineam. et sepem circumde
dit ei. prouerbiorum xxiiii. Per agrum
pigri hominis transiui et ecce et
materia lapidum destructa erat.
Idem per materiam intel
ligitur hic. quod prius per sepem.
Sicut oportet obstrui uas
in quo fit uinum ferratum.
ut forcius sit. sic oportet
ut claustralis districte ob
seruet silencium. ut fer
uor deuocionis remane
at in eo. Alioquin si os ei
fuit ad loquacitatem aper
tum. si quid deuocionis
in eo est exalat. ¶ Item
silencium in claustro.
suffocacio malicie est. quia
qui odit loquacitatem. ex
tinguet maliciam. Silen
cium est signum est mortis.
ueteris hominis. loquaci
tas in claustrali. qui debet
esse mortuus. stupenda est
sicut si homo mortuus